Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31238
Copyright: <a href="https://creativecommons.org/licenses/by/4.0/deed.de" target="_blank">CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"></a>  Kontakt:<a href="https://www.stiftstams.at/" target="_blank"> Stift Stams</a>   <img src="https://manuscripta.at/styles/universitaets-landesbibliothek-tirol.png" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48">   <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg" height="48">



ipsis ut requiescant a laboribus
suis. Opera enim illorum sequun-
tur illos. Et. O. do. i. iohes illos,
turbis iudeorum. Ego sum pa-
nis viuus qui de celo descendi.
Hi qui manducauerunt ex hoc
pane viuent uiuentem. Et pa-
nis quem ego dabo caro mea
est pro mundi uita. Murmurabant
ergo iudei ad inuicem dicen-
tes. Quomodo potest iste hic car-
nem suam dare ad manducandum.
Dixit eis ihs. Amen amen
dico uobis nisi manducaueritis
carnem filij hominis. Bibe-
ritis eius sanguinem non habe-
bitis uitam in uobis. Qui man-
ducat meam carnem et bibit
meum sanguinem habet uitam eternam.
Et ego resuscitabo eum in no-
uissimo die. Ad Corinthios
Fratres. Christus surrexit a mor-
tuis primitie dormientium.
Quoniam per hominem mors. Per
hominem resurrectio mortuorum.
Et sicut in adam omnes morimur.
ita et in xpo omnes uiuificabun-
tur. Unusquisque autem in suo or-
dine primitie xpus in adue-
Et illo t. O. Mar iohes tu ei?
tha ad ihm. O domine si fuisses
hic frater meus non fuisset mor-
tuus. Sed et nunc scio quia
quecumque poposceris a deo da-
bit tibi deus. Dicit ei ihs. Re-
surget frater tuus. Dicit ei mar-
tha. Scio quia resurget in re-
surrectione in nouissimo
die. Dicit ei ihs. Ego sum
resurrectio et uita. Qui cre-
dit in me etiam si mortuus fu-
erit uiuet. Et omnis qui uiuit et
credit in me non morietur in e-
ternum. Credis hoc. Ait illi. Vtique
domine. Ego credidi quia tu
es xpus filius dei uiui qui in
hunc mundum uenisti. Ad Ro-
manos. Fratres. Nolumus saloui
uos ignorare de dormi-
entibus ut non contristemini si-
cut ceteri qui spem non ha-
bent. Si enim credimus quod ihs
mortuus est et resurrexit ita
et deus eos qui dormierunt per
ihm adducet cum eo. Hoc enim
uobis dicimus in uerbo domini
quia nos qui uiuimus qui residui
sumus in aduentum domini non pre-
uenimus eos qui dormierunt
quia ipse dominus in iussu et in uo-
ce archangeli et in tuba dei
descendet de celo. et mortui
qui in xpo sunt resurgent primi.
Deinde nos qui uiuimus
qui relinquimur simul rapiemur
cum illis in nubibus obuiam ch-
isto in aera et sic semper cum do-
mino erimus. Itaque consola-
mini inuicem in uerbis iohem.
Et illo t. O. do. i. turbis iu-